



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XI. An pecc. originale sit proprie peccatum: in metonomomyce?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

fecisti: Nec enim odiens aliquid constitueris; aut fecisti. Quia erant omnia bona valde, quae sunt multi; ita per obedientiam Vnius iusti constituentur. Nolle subiici ad obedientiam superbia est, & quasi scelus ariolandi.

3. Enim uero, Mat. 19. Nemo bonus, absolute & infinitè nisi solus Deus. Et malum ter Optimus tantum creaslet, de-creuisset, fecisset.

4. Omnino, Sap. 15. Nemini mandauit Deus impè agere; & nemini dedit spatium peccandi. Quia, Ps. 44. Dilexisti iustitiam in protoplastis coronariam; & odisti ini-
guitatem tum originalem, tum actualē. Quocirca, Iac. 2. Nemo, cum tenta-
tur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum actuum est: ipse autem neminem tentat.

5. Tametsi præsciuerit tentandum fore, ac lapsorum Adam, labique per-
misit; non tamen voluit; quin p̄t̄mo-
nuit caueret; sin' morte moriturum. Ro.
9. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas a-
pud Deum? Absit.

Malum p̄cē à Deo est; at culpæ ne-
quaquam.

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI: Protoplastæ se morituros non crediderunt: Itaque Infidelitas radix defectionis fuit. Hinc ambitio & superbia.

CHRISTVS. I. At verè, Eccl. 10. Initium superbia hominis, apostatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor eius. &c. Initium omnis peccati Superbia. Ecce initium & actuum hominis, & omnis peccati superbia. Ideo Tob. 4. Superbi-
am nunquam in tuo sensu, aut verbo domina-
ri permitas; in ipsa enim initium sumpfit o-
mnis perditio. Nil hic de superbia Ange-
li, sed hominis. Rom. 5. Sicut per inobedi-

entiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita per obedientiam Vnius iusti constituentur. Nolle subiici ad obedientiam superbia est, & quasi scelus ariolandi.

II. Verū tamen est: post superbiam, lapsos in Infidelitatem fuisse; ut S. Pa-
trum contensus recte docet: Atque in
talem Eua quidem, seu quod crederet
mentitum ex inuidentia Deum in com-
minatione mortis: Seu, quod Adæ non
crederet afferenti, fuisse à Deo prohibi-
bitum eum de ligno. Adam verò in tri-
bus errauit; quod crederet peccatum
esse veniale, prævaricari mandatum:
Non se morituru: futurumque se Deo
lūnilem, subiectum nulli. Vnde 1. Tim.
2. Vir nō est seductus, sc. immediate ab ser-
pente, sed mediately & occasionaliter ab
Eua; Ex huius amore nimio; Ex ipsa ex-
periencia; Viso eam post eum non mor-
tuam; Ex verbo serpentis ei relato.

QVÆSTIO XI.

An peccatum Originale propriè sit peccatum,
an metonymice.

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

ZWINGLIANI & ANABAPTISTÆ negant
proprie: aiunt metonymice esse peccatum,
vptote morbum ex peccato Adæ; sed inculpa-
bilem, ac indamnablem. Sic & Pelagius. Vide
Lutheri-c.p. 4. q. 14.

CHRISTVS. At ego dixi, Joan. 3.
Qui non credit in Filium, tra Dei manet super
eum: Non, Veniet, ait Ang. l. 6. in Iulia. ca.
12. sed Manet, quia iam ante erat per
pec. or. Et Baptista Joan. 1. Ecce Agnus
Dei, qui tollit τὸν αμαρτίαν τοῦ κόσμου, peccatum
illud mundi.

H. Apo-



II. Apostolus verò luculentè: Rom. 5. Sicut per unum hominē peccatum in hunc mundum intravit; & per peccatum mors: & ita in omnibus hominibus mors pertransit. In quo omnes peccauerunt. Hic peccatum nō ponitur ut effectus, sed vt causa; mors verò ut effectus. Neque peccatum hic significat metonymice pœnala peccati, morbum, seu concupiscentiam infrem: quia nimis coactum hoc & fictum est.

Nec Imitatione intravit: Quia innumeri nil cognouerunt de pec. Adæ. De in Sicut peccatum ut causa; sic & mors intravit: at hæc generatione, non imitatione intravit. Ad hæc, per unum hominem; si imitatione, ergo per Angelum dixisse opportuit; ut qui primus peccauit. Postea, per peccatum mors: at hæc generatione, non imitatione intravit: ergo & iliid. Adde, Pertransit in omnes: non substitut in uno, aut aliquibus. Demum in quo homine uno omnes homines peccauerunt proprie, & vere. Hoc ibidem sequentia declarant, quæ docent, ante legem datam non fuisse cognitum peccatum, nec reputatum; & tamen reuera extitisse: nam regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, et iam in eos, qui peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Proinde ibid. Iudiciū ex uno in Condemnationem; gratia autem ex multis delatis in Iustificationem.

III. Job. 14. ex versione LXX. Nemo mundus à forde nec infans. Vnde Ps. 50. Ecce in iniuriatibus cōceptus sum; Vna enim originalis est fons omnia. Ideo Rom. 3. Omnes peccauerunt, originaliter in uno Capite; & egent gloria Dei. Sic & 1. Cor. 15. & 2. Cor. 5. Si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt. Gal. 3. Conclu-

sit Scriptura omnia sub peccato, ut remissio per Christum daretur credentibus. Eph. 2. Eramus & nos sily irascuti & ceteri, sc. naturā, id est, nativitate, seu ratione matetiæ nostræ peccabilis.

S V A S I O N E S è Scripturis oppositas vi
dein Lutheroc. p. 4. q. 14.

QVÆSTIQ XII.

Qualis Origo sit humanarum Animarum, & peccati Orig. Tradux?

XVII. ANTICHRISTIANISMVS

G NOSTICI, Manichæi, Priscillianistæ cum Stoicis aiebant, Animas esse particulas de substantia Dei; ac Inspirari à Deo, Non Crea:ri: Non traduci ex parentibus.

C HRISTVS. At animæ hominum sunt mutabiles & violabiles: non Deus. Quia Mal. 3. Ego Deus, & non mutor. Iac. 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ps. 101. Tu a. idem ipsi es, & anni tuoi non deficiens. Atque tametsi Gen. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite, non ideo is spiritus animæ erat de substantia Dei: nam ex hac solus Spiritus Sanctus procedit.

XVII. ANTICHRISTIANISMVS

O RIGENISTÆ, cū Platonici: Animæ hominum, simul cum Angelis creatæ, quod fastidissent cœlestia, amore terrestrium, in carcerem corporum compinguntur.

C HRISTVS. At tunc Deus felicitate egisset cum impijs occisis, infelicitate cum iustis seruatis; ut cum Loth in incendio, cum Noe in diluvio, &c. 2. Ego beatam corporum resurrectionem male procurasse; morte bene Satan. 3. Non